

Isai. 6. 3. ego : mitte me : dicit Evangelicus Vates. Onus ita grave & ultro fuscipit? Illostunc non erat onus , quia respondit , quò vocatus. Nemo vocavit. Sancquam , sed sese offert; quoniam agrè fert , vel dum quiescit , proprium commodum , respiciendo manus vacuum. Hæc delibavi pro quæstione incidente. Dominum in throno sedentem vidit , & illico dixit : *Va mihi , quia tascui*. Quis infit loqui? Quare *Væ*? Unde lamentabile silentium , si tacenti non commissum eloquium? Erat populus gravis iniquitate , semen nequam , filij scelerati , in quorum medicamen egebant prædicatore; & erat nullus , quippequam quisque obvis , quanyis à Deo missus , ab illis fuit interfectus : clamare in peccata atque peccatores , opus erat; sed nullus , quia nullus erat , clamabat; & dum tacet , est non missus , *væ* sibi lamentabile minatur; quia non necessarium illotunc , quòd mitteretur; quandoquidem vacuum officium vidit , & ultro prædicationis munus suscepit. Hinc post , dicit præstò : *Eccc ego , mitte me*; quidem ius non est , populum rebellem vivere ad libitum , quia absentes nemo curat substiture locum.

Lamentabile in vero obedite, vel non iussa, dum in-gruunt, pre-terire.

10 Ne Monache sit in te gratia vacua, ubi focij notatur absentia: imò curre vicino obedientia pedè in vacuum locum, ne deat vacuum. Monopes describitur à Davide superbiæ forma : unipes à Benedicto etiam obumbratur obedientia; ut per utriusque gressus , peccatoris clarescat motus; igitur subsultum in cor pes venit superbiæ iniatiæ, quando vacuum non sufficitur vicino pede obedientia: quippequam vacuum deseritur locus , ut focij absentis innotescat defectus. Extendis tunc arroganter *aquilonem super vacuum* , & ostendis pectus frigidum : siquidem suppleret obedientia celeritas , si non esset in peccore frigida charitas. Parvi tibi momenti videtur , quia nihil ad te , quòd vacuum non substituitur; cum vacuum nuscquam patiatur natura , nec obedientia : & si parvum , facit Deus , ut formides , pondus ventis , & plectitur ab illo , qui inventus est minus habens. Aliquando hoc , quòd dicitur minus , est in obedientia modus : de quo Clemens Alexandr. lib. 3. *Pædag.* cap. 10. *Modus est ubique attendendus* : igitur modo est opus , ut in opere sit opus; quin valeat operis executio , quoniam minimè obedientia , obedientia sine modo.

11 In sermone post cenam , coelestis Magister tetigit obedientia præstantiam. Inibat per crucem & mortem redemptionis opus , & dixit ascelsis : *Surgite , eamus; ut cognoscat mundus , quia diligo Patrem* , &

12 Haud aliter in legum observantia requiritur obedientia. Scitis legis præceptis & mandatis , populo dicit Moyses : *Sic facietis , observabitis , & implebitis*. Quorsum harum multiplicatio vocum in munere legum? Si observant , necessarium , quòd faciant ; minimè implent , si non fecerint. Cur igitur sic intimatur faciendia , tibi observatur etiam operibus lex? Quoniam minimè observabitur , si non observatur sic. Non est obedientia , que curiosa : & præscribitur modus observationis , ne comminatur legem regula vel glossa curiositatis. Proprium iudicium interpretatur perperam legem , quippe in commodum detorquet , & propriam utilitatem : & præscribit Moyses meditanter legem , & legis modum ; quia obediens ad observantiam solummodo , debet habere iudicium. Sic facietis , si sic observaveritis :

13 Haud aliter in legum observantia requiritur obedientia. Scitis legis præceptis & mandatis , populo dicit Moyses : *Sic facietis , observabitis , & implebitis*. Quorsum harum multiplicatio vocum in munere legum? Si observant , necessarium , quòd faciant ; minimè implent , si non fecerint. Cur igitur sic intimatur faciendia , tibi observatur etiam operibus lex? Quoniam minimè observabitur , si non observatur sic. Non est obedientia , que curiosa : & præscribitur modus observationis , ne comminatur legem regula vel glossa curiositatis. Proprium iudicium interpretatur perperam legem , quippe in commodum detorquet , & propriam utilitatem : & præscribit Moyses meditanter legem , & legis modum ; quia obediens ad observantiam solummodo , debet habere iudicium. Sic facietis , si sic observaveritis :

14

sicut mandatum dedit mihi Pater , sic facio. Quomodo per obedientiam cognoscatur amor , diximus *Tom. 1. Tautolog. 5. D. 5. num. 2.* Modò inquirendum de studio amoris in obedientiam , ut imitentur , qui discipuli , formam. Non obedientiam videtur describere , dum subire onus dicit obedientia : equidem non quòd obedit , demonstrat , sed quomodo pareat. Qua forma obedientiam eius cognosceret mundus , ubi obsequentis tantum exponitur modus? In modo obedientia stat : minimè iussa sequitur , qui non obsequitur sic : & dum iussis Patris pareat , parère asserit , sicut mandatum dedit ; quia minimè factum factum , ni ab obtemperante fiat , quando & quomodo faciendum. Rite iubetur , quòd iubetur fieri , ita ut placeat obsecundans imperantis voluntati. Sic iubetur , & sic fit : igitur si voluntas ita , & aliter obedientia ; nullo modo pareat iussis , qui non iuxta , sed contra voluntatem imperantis. Vide quæ diximus in *Liter. num. 6.* Quid factum , dum iussit obedientia contra? Erit proterbitas & nequaquam obedientia. Fulminatur mandatum : citrà , aut ultrà nequit consistere rectum : & Christus , obtemperantium exemplar , sic Patri pareat , sicut Pater , & non aliter , præcepit ; quippe ad obedientium strenuissimos actus , magis quam factum necessarius est modus. In eius amore pareat , ubi discipulis creditur , vocans novum mandatum , modum dilectionis cordium. *Mandatum novum do vobis : ut diligatis invicem , sicut dilexi vos*. Dilectio mutua , non novas quippe amor est : nova sanè , si sicut dilexi vos. Entitas amoris optima : per modum erit eximia : igitur amoris novitas & magnitudo , plusquam in entitate , micat in modo.

Non obedientia, obedientia sine modo.

Cur ex modo operis perfectio.

Ioann. 13. 34

Deut. 4. 5. 6.

Sicut præceptum , ita debet esse factum.

Heiod. Observato modum : nam rebus in omnibus illud Optimum.

DIDASCALIA IV.

Conspiciuntur doctrina per opera, quam per verba.

Quantum valeat exemplum , dicit & palam corruptela morum. Vivitur vicissim ad imitationem , & nequaquam ad virtutem. Trahitur vitium mutuo ab amulatore & exemplari. Inclinat ex hoc in hoc ; quanvis & meri corrupta fax. Bibunt omnes peccatores , quantumvis ambiguum sit , quis ex quo. Quilibet arcesit crimen , & ut ait Manil. *Astron.* cap. 5. vers. 42. *Sequiturque sequentem*. Inter causas malorum nostrorum est (inquit Senec. *Epist.* 123.) quòd vivimus ad exempla : nec ratione componitur , sed consuetudine adducimur. Quos si pauci facerent , nollemus imitari : cum plures facere ceperunt , quasi honestius sit , quia frequentius , sequimur : & recti apud nos locum tenet error , ubi publicus factus est. Hic igitur publicus error , quasi in rectum , amulationis criminum , procedit ex inefficacia contra iniquitates prædicantium : siquidem vigente semine scelerum in cordium perfida terra , ac in averruncationem exigente iustitia falcem in lolia ; ubertas suppedatit verborum , ceterum nullum exemplum , nisi malum : ignorante sane ipsa medicaminis intenta sollicitudine ; an scabies pastoris à grege , vel ovium prurigo à contagioso paitore.

Exemplum efficax.

Manil.

Senec.

Vivitur ad exemplum.

Manil.

Prædicatores aptati seculo.

lata gravitate persone (id est, larva) deprehenduntur, quales esse ignorabantur. Quicum, qui de Deo habitus est, sermonem venerati fuerint; illic cum relinquunt, ubi audierant: foris autem impij modis & amatorij cantibus sese oblectant, plausu, temulentia & quovis cæno ac sordè oppleti. Hoc autem dum cantant & recantant, si qui immortalitatem antea celebrabant, tandem perniciosissimam mali malè canunt palmodiam. Nesciunt prædicatores, hoc scire; quia volunt ignorare, non ignorari. Hoccine, non sapere sed desipere. Quoties damnus docet Terefial! Vide *Monit.* 3. Quanta peltis ex conversatione facularium! Dum spectant oculi lesos, leduntur & ipsi. A seculi actibus se facere alienum, ait SS. Patriarcha N. Benedictus, additque illico: Nihil amorj Christi præponere. Apta utique connexio: igitur amor in Christum refrigerat, imò cadit; ubi in sæculum amor peccore viget. Mandata observabitis, & implebitis opere: dicit legislator rebelli populo. Quorsum Opere, si ex observantia designatur impletio? Quippe nulla observantia, si absint opera: opusque addit, ubi in legum observantiam populum urget quoniam verba, & plura verba non sunt legis observantia. Perfectio intenditur legis, in præcepto observantia: additque, postquam dixit, *Observabitis, opere legem implebitis*; siquidem lex, que in observationem fulminat, opere tantum perficitur.

Cl. Alex.

Ex quo illorum perditione vel inter-nâ corruptela manifesta.

Ovid.

S. Bened. Amor cali cadit, si a-culi vigeat.

Deut. 4. 6.

Lex opere perficitur.

3 In munere prædicationis credito Doctori Genium , elucet exemplum in concionatorum exercitium. *Vas electionis est mihi* (dicit Dominus Anania) *ut portet nomen meum coram gentibus & regibus & filiis Israel*. Coram omnibus , sapientibus & insipientibus ; & quibus prædicatio videbitur stulticia , & quibus scandala. In prædicatorem è cælo eligitur ; & etiam intuitus , quo celestis exiit prædicator. *Ut portet nomen meum*. En prædicationis peridus , ex qua fructus & uberrimus. *Ut portet nomen*. Iccircò prædicatio dicitur onus : & verè prædicat , qui officium portat : inanisque erit plausibilis prædicatio , si portatur concionator ab officio. Portare , est officio fervire ; & muneri respondere. Portari , sibi ex munere consulere : & ubi prædicatorem cælum meditanter eligit , eligit , ut munus portet ; quippequam sermo in conversionem audientium , & nullo modo ut portetur in plautum. Substantia concionantis minimè nititur verbis , sed vertitur validè in cardine operis ; ut deserviat in exemplum , quicquid à lingua prolatum. Hoccine onus officij

Act. 9. 15.

Muneris honor à prædicatore, nò prædicatoris à munere.

cijs, officio & verbis operibus respondere: Paulusque eligitur, ut portet, non ut portetur, ubi in officium predicatoris assumitur; quippe propudium, habere in ostentationem manus, ac excutere a collo muneris onus. Ut portet. Leve officium videtur ambienti, quia trillat plausus. Onerosum, ubi aggravat cupidum scientie, amplius ignorantie, pondus: & non ut portetur, sed ut portet manus, eligitur Paulus; ut munus prudenter effugiat, quiq; onus predicationis ignorant: siquidem scioli, mesotheologi, laborantes paracope (Vernacule: Babiliteres, mentecatos) perperam officium predicationis portabant, ni in munere predicationis portarent.

Daniel. 2. 1. Regis vita laboriosa.

Verf. 2.

Servitus au- la.

Verf. 6. Veritas ex- tra regiam.

Verf. 9.

cem interpretationem, inscito somnio, prudentia: igitur perperam interpretabantur, quod sane nesciunt. Decipiunt namque in quolibet cogitatu, ubi cogitandum nulla cognitio; & in regis acceptabile somnij latentis obsequium, pro interpretatione aliud indicabunt somnium: igitur non rem, sed aërem verberant; quiq; interpretantur, quod ignorant. Quod non audent huius furfuris arioli, perfricta fronte, sæpe audent bambaliones theologicalstri: siquidem Scripturæ mentem interpretantur arcanam, quin viderint Scripturam. Spumam quatiunt, plura effutunt, verum in cunctis ineptiunt: quandoquidem ad interpretationem quandoque sesequipedalia verba; sed de Scriptura neque verbum, neque notitia. Quo solido fundamine abdita interpretantur? Sanè ad munus predicationis isti portantur.

Qui scioli predicatori- bus

Vanitas concionatorum ex applausu vanitatum.

5 Ergo in Pauli predicatoris testimonium, Munus portat, & nomen. Neque hoc sufficit in audientium salutem: igitur cum ex exemplis virtutum, testimonij Scripturarum (quæ quidem vulnerum criminum medicina) consistit præstans prædicatio tota, ut peccatores observent, ac impleant legem, averfantes toto corde iniquitatem; nullum planè ulceribus adhibebit medicamentum, quisquis nomen aucupatur per officium. Propter zelum animarum, usque ascendant in Olympum, assumenda prædicatio, cui creditur. Alter dum scienter, vel nescienter occupatur, sumpto munere in futilem ludicram gloriam, immortaltem concione construente famam; forsitan habebit nomen, sed non immortalitatem. Hic non est vas electiois, sed vas perditum, ob vanitatis demulcentis contagium: quandoquidem sese querit, ut non inveniat; & nomen non importat, ut nomen habeat. Ex fructibus cognoscitur concionator. Optimus, si quod illi labor, audientibus dolor. Optimus, si verba fulminata confirmat exemplis, in contuitum prædicatæ virtutis. Pessimus, est florida, ingeniosaque proferat; si doctrinæ operibus contradicat: quoniam tunc qui vocem audiunt, nomen duntaxat sequuntur, frustrato verbo, atque proculcato officio: etenim per virtutis ostensionem sine exemplis, non habebit virtutem, sed nomen predicatoris.

6 Denique, Ut portet nomen meum, Non fat, quod officium portet, & nomen importet; si servire, ut decet, muneri intendit. Ideo dum committitur officium, designatur fulminandum Nomen meum, Nomen, quod querendum indicitur, ne devius a fine elongetur predicator: igitur qui suum nomen

Dei quærens da gloriam, sua.

men portat nugiloquides in laudem; Dei ac virtutis neutiquam importat nomen. Meum, non suum, importabit, quem celum in predicatorum eligat. Sese abdicet penitus, ubi gloriæ aperitur introitus; ut ingrediantur in celum, quos exsuperat peccatum, & per penitentiam averfentur crimina, qua vafre construit illecebra. Hac erit cordis flamma infatigabilis, revocare scilicet delinquentes, dirigere in viam pacis; ne cadant in obscurum, & pereant usque in æternum: præcipiturque Paulo, portare nomen Dei coram universo mundo; ut minimè suam, sed Dei tantummodo quærat gloriam: siquidem nomen sibi pariet summum, ubi Dei portatur nomen propter zelum animarum.

Et in lacris animarum.

Matth. 11. 2

Verf. 1. Quando verba predicatori miracula?

Iuenc.

Bona illius verba, si ex verbis opera bona.

Rom. 10.

7 Ita sanè potitur predicationis voto, incendo animas operationis exemplo: quandoquidem in speculo morum fulget conversio animarum. Obvius cuique Ioannis in carcere tractus, veræ predicationis confirmabit opus. Cum audisset (dicitur in vinculis opera Christi). Opera? Quanam? Multa prædicaverat cunctis in salutem; ut cognoscerent, eorum aperuerat iniquitatem. Unde opera, ut expanderetur fama? Cum consummasset Iesus præcipiens: Evangelista dicit: hac Ioannes audit: & tanquam opera observat, dum verba auscultat; quippe verba designantur ut miracula, ubi iuxta verba predicatoris etiam exaudiuntur opera. Opera sanè videntur, verba solummodo audiuntur: & meditantur operum ac verborum virtutis ordo; ut constet quando inutilis vel fructuosa prædicatio: igitur bona prædicantis verba, si ex verbis opera bona. Pende ex Iuenco lib. 2. Evangel. Histor. verf. 523.

Cæcorum tenebræ mutantur lumine lucis, Debiliusque vigent firmato robore membra, Lævia discutitur squamoso corpore lepra, Aëria vocis penetrat surdas sonus aures, Redditur amissa lethi post funera vita. Peccator seclere leprosus, in penitendum claudus, ad conversionem surdus, ad splendorem veritatis cæcus, & omnino animâ mortuus: dicunturque opera, flagrantia zelo animarum Christi concionantis verba; quoniam cor tunc eruat verbum bonum, ubi ex scintillis fulminum prædicantium, peccatores cæci, vident criminum fedtatem; claudi, ambulat in animarum salutem; surdi, audiunt præscriptam legem; leprosi, mundantur per gratiam; atque mortui revocantur in vitam. Ecce verba, quorum audiuntur opera; dum parantur conversiones, uti miracula.

8 Quam speciosi pedes evangelizantium

bona! dicit Paulus ex Evangelico præstante Propheta. Bona in evangelizante signat, dum Evangelium annunciat; quod implicent termini eiusdem sententia geminatione: igitur etiam ex bonis non bona, modò evangelizantibus desint virtutum exempla. Quam in illis speciosi pedes! Apertis quadraret speciositas linguis; ut in omnem terram sonus exiret, & verbum corda percuteret. Quo igitur iure plausus linguarum, pedum solummodo encomium? Pedes conceduntur ad itinera, lingua destinatur in verba; & minimè plauditur linguarum claritas, sed gressuum speciosa venustas; quippe tantum speciositas, modò processerint adimplere, qua dixerint. Qui evangelizat, viam virtutis audientibus verbis demonstrat. Devios revocans in semitas rectas urget, si sequentibus præcesserit: & non linguis, sed pedibus datur prædicantis plausus; ut ponat in via gressus suos. Sibi & alijs prædicando nocent, si pedibus in predicatione carent: & si pedes habuerint in auditorium, ni speciosi per exemplum: quod premit audientes in fructus flagrantis amulationis prædicatæ virtutis, & prædicantis: igitur omnes evangelio non obediunt, quippequam non speciosi pedes evangelizantium.

Et ante illa & post illa virtutum exempla.

Senec.

Quando illius speciosi pedes?

Picinnell.

Apoc. 10. 2.

Unde periculum labium.

Verf. 3.

9 Consideremus vel ex Seneca, que dicunt stolidi florida, & que aptud prudentes frugifera. Omnia que dicunt, que turbè audiente iactant (inht Epist. 109.) aliena sunt. Dixit illa Plato, dixit Zeno, dixit Cbrystippus, & Pofidonius, & ingens agmen tot, ac talium. Quomodo probare possunt sua esse, monstrabo. Faciant, qua dixerint. Elucet laurea & predicationis fructus: tunc habet concionator pedes, & speciosos. Ingeniosum emblema circini super planum circumducti cum lenitate: Centro pes alter adhaeret. Elucidat acumen Picinnellus Mund. Symbol. lib. 21. cap. 4. num. 33. succinnens. Pes alter graditur, centro pes alter adhaeret. Ni foret immotus, non numeraret iter. Haud aliter à Ioanne videtur Angelus: Posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram. Nec utrumque in mare, neque utrumque in tellure. Si uterque esset in terra, abdiceret à predicator lucrum animarum, ac auxilium proximorum. Si uterque in mari, periclitaretur conteri: etenim navis anima, dum crebris mundi fluctibus quatitur, profundum usque iniquitatum summergitur. De huiusmodi Angelo, predicatoris simbolo, Ioannes inquit: Cum clamasset, locuta sunt tonitrua voces suas: id est, fulmina retorta ex cavitate nubium,

bium, quæ sunt voces tonitrorum. Unde fulgura ex Angeli clamore? Cum clamaret, centro pes alter adhaeret: igitur ut audientium puncti pectoris audirentur voces, prædicans nitetur in centro legis. Non cum clamasset, sed cum sic clamasset, audita ex tonitro voces, in flammam penitudinis oblinati in malo pectoris: siquidem prædicatoris clamor, si exempli centro, uti oportet, arête nititur; non verba vibrat, sed fulmina, quæ inardescunt in penitudinem corda. Prædicator in exercitio muneris debet esse concha, non canalis; ut sibi aliquid de rore ritineat, dum alijs erogat. Ni plena concha, non efficit, ut verbum suscipiat auris. Os debet loqui ex abundantia cordis: alias non miraculum, sed propudium; quòd area tota madaet salvisico rore, siccò solummodo vellere. Quid quòd in proximum totus, si sui oblitus? Quid prodest homini, si mandum univèrsum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiat? Appositè circino similis in sanctæ munere prædicationis, ubi pes alter adhaeret centro, ut ritè alter circumdectus gradiatur; equidem inconstans hinc & hinc, ex hoc in hoc, nequaquam circumculum efformabit perfectum, sed circumculum nugatorium.

Quando pro verbis salamina vibrat?

Cur similis conche, & circini?

Iob. 13. 27.

Caict.

Sepe legibus aptet, ante quam alio infermet.

10 Audiamus Iobum. *Posuisti in nervo pedem meum, & observasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti.* Exclamat prædicator ex cathedra, ut arceantur à prædicatore crimina: verum perferentur verba. Quo modo observantur semitæ omnes, si in nervo positi pedes? Qui in nervo est, ambulare non potest: sedet, aut iacet. Unde igitur gressus in ampliam semitarum libertatem, si nequit uti in cippo movere pedem? Quia pes fixus, gressus utique perfectus. *Nervo* (inquit Caictanus hic) *id est, timore divina legis.* Circino circumvolubili confertur officium prædicationis, ex quo diversò pedes; quippe alter graditur in orbis formationem, & alter centri querit immobilitatem. Moveri & non moveri videtur contradictio, & est altissimæ prædicationis perfectio: equidem si centrum Deus, & prædicator circinus, qui graditur extra, ut ad legem alliciat errantia corda, minime numeraret perfectè gressus, ni sibi in centro cordis esset immotus. Semitæ prædicatoris observantur, dum perficiuntur. Si uterque pes immobilis, orbis periret. Si uterque pes ad extrà, nihil formaret: vniuscumque immobiliter collocatur in nervo, dum alter circum volvitur in circulo: quippequam tunc perficiuntur vestigia prædicationis, quòd pes prædicatoris substat in nervo

legis. Hinc addit: *Vestigia pedum meorum considerasti.* Pedum? Pedis dicat duntaxat vestigium, siquidem alter in nervo, pedis mobilis vinculo: alitèque meditantur pedum vestigia; ut constet ex prædicatione gratia: igitur dum alterum circumvolvitur in proximum, aliud manet in exemplum. Vestigia prædicatoris ab audientibus considerantur: verba audiuntur, sed ut audiantur verba, considerantur vestigia: etenim in virtutem audiam haud movent pedem; ni qui signat, processerit in virtutem: verum sequentur vestigium, quamvis non loquatur verbum.

Possum multa tibi veterum præcepta referre, Ni refugis, tennesque piget cognoscere curas.

Dicam ex Seneca *Epist. ult.*
 11 Sed in medio statendum, quod accidit B. Francisco. Huic quodam die iullu Superioris creditum prædicationis officium. Accepit, è Monasterio exivit, decussatis manibus, oculis in terram fixis, vultu gravi, cogitabundo, modesto toram civitatem circumvit, post redijt, minilroque dixit: *Prædicavi satis.* Vide Uvading, in *Apophtegm.*

Sit. Verum quæ Francisco dixit, ut prædicaret? Si atrentè meditaris, que non dixit? Ab anima formanda concio. Quam multipliciter carol! Igitur cum per morum exempla, uti efficaciora, aberrantium intenderet revocare in frugem pectora; peccatores compescuit, civitatem in admirationem traxit, non tractu floridarum studio vocum, sed vinculis exempli imitabilis virtutum.

12 *Verba sapientum* (Chald. *Sanctorum*) *audiuntur in silentio*: profert Salomon. Hebr. *In corde.* Si silentium, unde eloquium? In silentio non auditur ullum verbum. Unde namque verba, modò silentiosa lingua; vel quo sensu audiuntur voces frano taciturnitatis? Non utcumque verba sunt, sed verba sanctorum, que non ab auribus, sed ab oculis hauriuntur. Bifariam loquuntur Sancti. Loquuntur ore, loquuntur virtute. Ore proferunt verba, virtute demonstrant opera. Verba accipiuntur ab auribus, opera exhauriuntur à luminibus. Quicquid haurit ab oculis, auditur silentio; quicquid ab auribus, sonitu: & ubi sancti atque perfecti loquuntur, conveniunt verba & silentium; quippe verba silentiosa, ubi loquuntur exempla. Ultra. Optima sanè concio, ubi voces audite mox audiuntur in silentio; quoniam demonstrat conscientia, ubi animæ vulnera, ut queratur medicina: efficacior vox virtutis, quam virtus vocis:

Ut audiantur eius verba, considerantur vestigia.

Senec.

Uvading.

S. Francisci singularis prædicatio.

Eccle 9. 17.

Quando verba videntur?

igitur

DIDASCALIA V.

Virginis per legem purificatio est puritatis atque Virginis perfectio.

Ubi de lege memoria, nequibat præteriti Deipara, quæ quidem forma cumulatifima legis, & exemplar perfectionis. Verum, ut alibi dixi ex Boetio *Consol. Philosol.* lib. 3. metr. 12. vers. 47.

Maria forma legis.

Quis legem det amantibus? Maior lex amor est sibi.

Boet.

Contemplemur ergo legis præscriptum in administrationem, ut in leges adducamur post Virginem, retundaturque falsus superbia, dum ultrò legibus Virgo conspicitur mancipata. *Sic facietis, observabitis & implebitis opere,* dicitur à textu: & non aliter legem in purificatione perficit Virgo: siquidem & animo prompto fecit corde, observavit mente, implevitque memoria facultate; ut tota potentij totis iugo subderetur legis: igitur lex facta, quamvis non sibi, non solum in observatione impletur, sed & perficitur. Ergo speculemur legem, ut miremur potentiarum perfectionem. *Mulier* (dicitur) *si suscepto semine pepererit.* Partet lex: sine susceptione feminis, exceptio Virginis. Quomodo ergo dicitur in legis promulgatione, *sic facietis?* Virgo faciet, quæ sine semine peperit? *Verè, ò beata Virgo* (ait Bernardus de Purific. *serm. 3.*) *verè non habes causam, nec tibi opus est purificatione: & sic Virgo fecit; quia congruit facere sic: imò facinus Virginis perfectissima non esset, ni sic fecisset. Si legem impleverit non virgo, nec purissimo puerperio; urgetur in legem necessitas, sed non libera voluntas. Ex voluntate amor: ex necessitate, legis coruscabat tenor: & non solum legem observatione implet, verum observantiam perficit; igitur summa perfectio, in factò & iure contradictionis articulo, contra tenorem legis, legis observare tenorem; ac necessitate procul, amoris observare necessitatem.*

Deut. 4. 5. 6.

Lex adimpletur, & perficitur ab illa.

Levit. 13. 23.

Bernard.

In legem non duxit necessitas, sed voluntas.

Efficacior vox virtutis, quam virtus vocis.

Exempla silenter clamant.

Prædicator peccator non creditur, sed illudatur.

Boet.

igitur hæc cor post prolationem percutit, & illa simul viscera pungit: unde dum auditur, est fructuosa, non plauditur concio, sed duntaxat, ubi auditur in silentio; quoniam exemplum tacitè movet bonos in virtutem, & corda improborum mordet, ut plorent iniquitatem. Quod auris percipit, strepitu intronititur, & simul strepitu dissipatur. Quod silenter fugit pectus, nutritur in opus, carpens viscera, ut erumpant in exempla: magnique habentur, non quæ auditu, sed quæ verba auscultantur in silentio, pro animarum æstimabili lucro: siquidem verba sterilia sedent in aure, & exempla fecunda virtutum manent in corde. Denique. Verba prolata, postquam audita, silent. Exempli verba non audiuntur, neque tacent: cogitante mente pro criminum penitudinem; & quanta debeat pati, dum sanctus corpus castigat, etiam à licitis frænat, ac in gloriam (quippe gratis non conceditur) studiosè laborat; clamante exemplo: si hoc est in viridi, quid erit in arido? Hæcine cordis verba, sed silentiosa: signanturque meditantur in exemplo virtutum, simul verbum & silentium; quoniam silentiosè clamant; ut corda tendant in criminum penitentiam.

13 Neque ala de causa signatur ita loquenti sapientia. *Verba sapientum.* Verba, quia audiuntur per opera; & aliter nulla verba: etenim uti verba non signantur, quæ sine exemplis audiuntur. Unde cuidam dictum: *Te predicante, prædicarem sanctorum: verum quia te cognosco, verba non profunt.* Sapientum, quoniam exempla & verba, verba doctorum, trahentium errantes in penitentiam, & deducentes in gloriam. Verba sunt doctorum, ubi intervenit sanctissimum silentium: quandoquidem stultorum clamor & clamor, error proculdubio & error, venustate verborum, lenocinio ineptarum sententiarum, & illecebris iocorum, excitantium plausum, potius excutientium risum, quin concutiant in finem prædicationis affectum, sed in se concitent odium; igitur miseri & miserabiles, dum ex imbre verborum corda pinguescunt, nubes patent sine aqua, quæ à ventis circumferuntur. Dicam ex Boetio lib. 4. de *Consol. Philosol.* metr. 7. vers. 31.

Itè nunc fortes, ubi celsa magni Ducit exempli via.



2. Cor. 5. 17.

Urget in illam charitatem, ubi nulla ex ipsa lege necessitas.

N

ris,

tis ; onera & momenta legis , ut clarescat voluntatis perfectio iuxta legis præscriptum sine præscripto : igitur in legem , ut periciatur , urget inflammata charitas ; ubi , ut observetur lex , non urget legis necessitas. Quomodo huiusmodi ordinatio ex lege amoris propter amorem legis , delicavit Bernardus ferm. 42. in Cant. num. 7. Non necessitate iudicij , sed charitate. Voluntate proinde , & non iudicio ; quia talem se obtulit , qualem esse nescivit. Sese impuram nesciebat Maria. Utique , sed urgebat in legem amoris flamma : & minime se obtulit , ut cognovit ; sed ut ab alijs tantum cognoscij intendit , & qualem se esse nescivit ; ut elucetret artificio amoris eminens , dum videbatur æqualis : etiam formam cogitante amore , & contrarium iudicium charitate ; neutquam necessitate iudicij legem purificationis , sed perfecit duntaxat iudicio necessitatis. Captivavit & omnem intellectum in obsequium ; quandoquidem iudicium contra iudicium.

Bernard.

2. Cor. 12. 5

Cant. 2. 5.

Amor fortior , dum infirmior.

Tibull.

Amor Virgini forsuit præ lege ubi fama languit.

Maluend.

ficio , an hoc intuitu lucerna accensa Virgini collocetur in manibus ; quasi magis tax puritatis effulgens , legis circumscripta tenebris. Epithimia , seu fama integra videbatur in Virgine labefaeta , quasi sine ultione vulneris , non medicamen adhibendum legis. Turpe est (ait Seneca Epist. 123.) cum sana facies medicamentum desiderat. Adhibetur : etiam languet amore , palam quod languet. Sane , ceterum ex languore non infirmitas , sed amoris accensu fulgida claritas : exoratque ignibus fulciri , dum languet legis purificatione ; equidem si fama puritatis apud homines languet ; quia amore languet , amor in corde præ puritate flammescit. Adhuc later acumen pro amoris demonstratione , & legis medicina sine corruptionis vulnerere. Si se virginem non cognosceret ; accessisset utique , ne langueret , legis necessitas : quia purissima vel ex partu ; ad legem , ut præ amore langueret , impulit charitas : & ignes ac flammam exoptat pectoris æstuantis fervor ; ut ex languore famæ dispalescat fulgor : etenim si in cunctis iudicij , magis ex puritatis purificatione clara , & iudicante Synagoga , quod langueret lege , ubi languet amor.

Cur accenditur lucerna , ut iustrationis sit umbra?

Senec.

Languit amore , ubi iustrationis lege.

Industria Porcyne pro ostentatione vniuersitatis.

Erasm.

Quomodo ex obsequantia legis magis puritudo Virgini?

Verf. 4. Sanct.

August. Etia

3 Fulcite me floribus , stipate me malis , quia amore longueo : dicebat sodalibus Sponsa Virgo-Mater , lege purificationis. Mira sanè amoris medicamina , dum alta vulnera ; equidem floret pectus , unde urget vulnus , virtute languoris , sine languore virtutis. Patet , simul & evanescit languor , viripe fortior , dum infirmior. Canit vel Ethnicus lib. 4. Eleg. ult. Hic animum , sensusque meos obducta relinquo. Arbitrio quavis non finit esse meo. Non alia pro robore petit sponsa præter flores , estò faucia telis vulnerantis charitatis. Flores ne medicamen in cordis deliquium , ut fiant epithemata è succo valido florum ? Potius effectum dixeris vulneris , quam fortalium languoris. Ex purificationis lege ad amussim perfectà , purificata ritu communis linguebat forma , quasi esset è ceteris purificandis lege , quæ Angelos etiam excedebat puritate : quasi ritus essent indicia temerata propaginis , & vulnus aboleretur medicamine legis. Purificatione linguebat aliam puritas , in cuius levamen legis late accedebat necessitas : minimeque sponsa Virgo profert , quod languet lege , sed quod languet amore ; quoniam talem ad purificationem amor obtulit , qualem lex esse nescivit : verum cum plausu illibata puritatis , ipsius ex decreto legis , hic in signum poscit flores : quandoquidem amor floret , dum fama præ amore languet.

5 Vitium in purificationis articulo , quod Phryne accidit ex ioco , ut forme speciosa rutilaret perfectio. Refert Erasmus lib. 6. Apophthegm. 83. Ætate florens , cum in convivio esset , cui complures aderant feminae , sed deformes , fucis ac coloribus speciosè pulchritudinem mentientes ; instituit ludum , cui libet harum credens vocabulum , ex cuius errore lex , ut omnes facerent , quod illa fecisset. Prior Phryne (inquit) manum bis aquis mersam admovit fronti. Quoniam autem omnes erant fucate , aqua per lituram fucorum defluens , rugarum specie vultus omnium deformabat , cum ipsa interim Phryne , que naturali formâ pollebat , speciosior etiam appareret diluta facie. Nil derogatur Virgini pulchritudinis , ex lata lege purificationis. Minime lex puritate Virgini devenustat , imò puriorem ostentat : quandoquidem dum prompta perfecti , quicquid alie mulieres ; inter illas floret speciosior singularis : quippe aqua legis indicans aliam feminarum corruptionis fedatitatem , in Virgine ostendit maternæ puritatis amplissimam pulchritudinem.

6 Hinc dicit sponsa : Ordinavit in me (id est , militare fecit contra me) charitatem. Difficile percipitur. Nonne ordinavit legem ? Quomodo militia legis designatur ut ordo charitatis ? An quia , ut dicit Augustinus de Civit. lib. 5. cap. 22. Nihil est aliud perfectum

Et vera virtus , quàm ordo amoris ? Verum si amor extra ordinem , quoniam in legem facit militare legem , non ex lege , sed charitatis præscripto ; quo iure charitatis erit ordo ? Ordo legis , quia necessitas , est subdere purificationi corruptam. Ordo charitatis , mancipare purissimam. Ex lege constat devenustas , ut lustratur : ex charitate , ut puritas perficiatur. Ex lege urget in observationem præceptum ; ex charitate , amoris ultrò ininitutum : & dum Virgo lustratur , & lex perficitur , non dicitur ordo legis , sed militia charitatis ; quia dum lustrari lex ordinat corruptionem , amor ex lege ad legem , purificare ordinavit puritatem. Clarius. In me , subdit. In alias , non ; quippe lex. Cognovit Virgo , quia virgo , in iustrationem supervacuam legem ; etenim nullo modo spectabat ad virginem. Alij & alia non noverant , quoniam matrem cognoscebant. Etsi sicut alia , quæ alia , & illa cognoscente , erat charitatis insigne ; igitur in legem charitatis , verum non legis , necessitas : & dum se incorruptam nescit , & cognoscit virginem , in illam amor ordinavit munitando charitatem : siquidem in famam ordo charitatis militat , dum cognoscitur palam , quod ipsa virgo nesciebat.

Quare ut lustratur Virgo , fuit necessitas charitatis ordo?

Ordo.

Vulnus parit amoris , quod videbatur legi.

dum vulnerata videbatur à lege. Perferretur abbitra. Vulnus legis dicitur privilegium ; quoniam extra legem , quia tandem cum ceteris causam præ se fert ad iugum. In privilegiatis exactio legis , est vulnus immunitatis : igitur liber subigi nequit sine iniuria , neque non liber eximi sine nota. Liber iugo legis vulneratur : lex à nonlibero ex privilegio percutitur. Virgo immunis est , quia virgo : & Maria , quavis virgo , non immuns ; quippe telo vulnerata charitatis : quæ quidem inter vulnus libertatis ex iure , & vulnus legis ab homine , ita amorem ordinavit , ita flammam accendit ; ut pro speciositate singulari Deipara , lex percuteret Virgini immunitatem , cum deberet Virgo ex iure potius vulnerare legem. Privilegium , ut dicitur cap. Privilegia , distinct. 3. cap. Abbate de verbor. signific. est lex privata , & vigorem habet legis : l. 1. ff. de constit. Princip. In Purificatione Mariæ , quoniam virginis , Virginis , aut legis intercedet vulneratio. Quæ vulnerata Deipara. Quæ iustranda singulari honore Deipara , quæ legem observat ; ut magis ex lege fulgeat : siquidem , dum vulnus ex lege , & lex ex vulnere ; lex in legem adimpletur amore , quoniam si vulnerata , vulnus à charitate , sed non à lege. Contra statum perfectionem (aiebat Seraphicus Franciscus Apophtheg. 34.) meum privilegium , nullum habere privilegium. Non fecus factum à Virgine in vulnere privilegij. Lex pro puerperarum purgatione fit , etiam pro Virgine lex privilegij stat : verum , cum pro perfectionis statu habere nullum , fit Virgini privilegium ; vulnerato privilegio per charitatem , fecit legem contra legem. Quæ non cogitat amor ? Sed ubi alijs impuritas , Virginis fulgor. Amor eius intendit minime discerni à ceteris , quasi in concepta , ac partu similis , quæ in utroque singularis : & inter feminas matres statuitur , ut similiter pergetur ; sed non similiter , quia purganda Virgo-Mater : in cuius munere , dum aliarum impuritas , amplioris pulchritudinis rutilavit speciositas.

Quo ingenio Virgini lex vulneravit , si illa vulneravit legem?

S. Francisc.

Quoniam immunitatis privilegij.

Ubi altaris impuritas , coruscant Virgini speciositas.

9 Quoi ordinavit in sponsa charitatem , ut per amorem cognosceret legem , & se scierat ignoraret , dum alter , quam erat , se nesciret ; igitur in pectore magnus , conferendo admittit sensus , ut canit vel Ethnicus 4. Aneid. verf. 395. Magnoque animum labefaetus amore. Dixit & imperio , ut amplius emineret ex obsequio Amatiæ , & ex sodalium consortio singularis pulchritudo : Si ignoras te , o pulcherrima inter mulieres , egredere , & ubi

Virgini

Cant. 1. 8.

post vestigia gregum. Si ignorat se? Unde se ignorat? In Virgine nulla prorsum ignorantia, quandoquidem profundum abyssi, & gregum caeli circumvit sola. An in purificatione? Ornatur luce, quae indicat ex munere legis, scientiam, & nequaquam ignorantiam. Habuit sui sane oblivionem, ubi purificationis cognovit legem: siquidem puritatem minime purificaret, si se cognosceret. Dicebat tibi, quod Salomon: *Antecedebat me ista sapientia, & ignorabam.* Ita Biblia antiq. Non dicit, *sapientia*, sed *ista*; quia in ista, summa sapientia. Sciebat se matrem, sed virginem; Sciebat se immaculatam, in-temeratam, purissimam. Ecce sapientiam. Subditur florida legi, virgo purificationis, incorrupta lustramini. Ecce ignorantia, sed ista, in qua dilectionis summa; igitur si amoris nobile obsequium, contra cognitionem cognitionis studium; sese Virgo-Mater legi purificationis obtulit, qualem se esse penitus ignoravit. Ignoravit se incorruptam, & subivit legem latam. Sciebat non esse subditam legi, ex puritatis coelestis immunitate. Praecedebat ista sapientia intellectum Virginis; & ignorabat (propter dilectionem legis) & legis immunitatem, & se esse virginem; ut acceptus esset sacrificium, cum offerret intellectum. Lustratio erat necessaria, corruptione supposita: & ignorabat, hac praecedente sapientia; ut maior esset oblatio, cum esset virgo: etenim in se non obtulit in lustrationem, quod sciebat; sed quod ut virgo purissima lustrati posse ignorabat. In signum huiusmodi demonstrationis, ostendit Paulus uti summum, *bonum ingenium charitatis.* Ingenium? Innotescit per studium, quo flagrat animus; & annuncians inter gentes studia eius. Praescindit inter sapientiam ignorantiae, ac ignorantiam sapientiae; ita ut sapientia imperfectionem indicet, & ignorantia commendationem importet. Sapientiam sequitur subiectio debita in legem: ignorantia, legis, ob puritatem Virginis, impunem detractionem: & inter sapientiam & ignorantiam intervenit charitatis ingenium; ut consistat ex lustratione Virginis ingeniosum studium: igitur alia purificatur, seientens naturae culpam; & Virgo lustratur etiam, ignorans maculam.

10 Percurramus singula, ut eluceat in Maria ex ignorantia sapientia. *Si ignoras te. Quid, ne se ignoret? Abeat post vestigia gregum.* Grex ceterae feminae puerperae sunt: has omnes comprehendit purificationis lex. Tunc se cognosceret, si post vestigia feminarum abiret? Imo se tunc non cognosceret; quippe inter sequentes legem, sese

cognosceret matrem, quasi virginem nesciret. Tunc se cognosceret post vestigia gregis, & in quod cacumen pervenerit perfectionis: igitur si ex virginitatis scientia, sequitur purificationis ignorantia; necessarium utique ad perfectionem, sequi gregis contaminati vestigia: quandoquidem singulare, se singularem scire, sed non videri. Aliarum ignorantia erat Virginis scientia: ceterum summa cordis charitate vulnerati perfectio; quod contra scientiam Virginis interessel expiatio: & in ignorantia lata purificationis, collocatur & iure perfectio Virginis; siquidem scienter purificatur post incorruptum puerperium, nesciens, quid ex puerperio purificandum. Collocari cum ceteris, erat puerperis commune: aliter congruebat Virgini tam partu, quam conceptione. Poterat eximi, quippe immunis, verum noluit: & tunc salignum perfectionis tetigit; quia summum, sese scienter ignorare, ut tanquam ex ignorantia purificaretur lege. Sublimem ac spectabilem auctoritatem asserret, ab alijs cognosci matrem & virginem; quoniam nemo cogitaverat virginem-matrem. Si ita exponeretur legi purificationis, minime sequeretur vestigia gregis: quippe ex tot millibus una. Ipsa sciebat, sed sciebat sola: & quasi sola, sequitur gregis vestigia; quoniam Virginis insigne, non solum se ignorare, sed ignorari. Dicit Hebr. lectio: *Si ignoras te tibi.* Se sibi plane ignoravit, ubi virginem cognovit, & implere legem lustrationis decrevit: etenim facta lustratio, quasi non esset virgo. *Si ignoras te tibi.* Caelum & ipsa singularitatem cognoscebat, sed se Virgo & sibi sola ignorabat; quoniam similis alijs (ex cumulo gregis, lustrationis forma) quae uti virgo sine macula.

11 Pater pectoris fides ex obsequio nitet etiam ex lustratione illustrato. *Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum.* Incidimus in difficile nodum. Si reliquae fordidae, tanquam corruptae; quo iure sequens vestigia reliquarum, erit speciosa Virgo, & pulcherrima mulierum? Commercium rugiat, si se ignorat; igitur matrum labe venustatem profecto dedecet Virginis. Non egrediatur ad templum, neque abeat post corruptarum vestigium; equidem nequit esse pulcherrima, quam deformitatis devestiant consortia. Unde ergo pulcherrima inter mulieres, modo perpexerit tanquam unam ex illis? Quia sola, & quasi una ex illis, pulcherrima inter mulieres. Minime detraxit speciositati Virginis umbra tene-

illi singulari, res, se singularem scire sed non videri.

Pra humill corde, ignorare & ignorari.

Hebr.

Ubi sopr.

broda

Sapient. 7. 12.

Quo iure in Virgine purificatione sapientia ignorantiae, & ignorantia sapientiae?

2. Cor. 8. 8.

Virgo purificatur etiam maculam ignorans.

Ubi sopr.

brofa legis, quae dum reliquis lustrat, deformes indicat: quandoquidem ubi aliarum extergitur lustratione macula; Virgo apparet purificationem pulchra. Pulchra inter feminas virgo, pulchra inter feminas mater; sed non pulchra mater apud legem, quippe ad prolem supponit corruptionem: unde vel Profanus in *Carm. Nuptial.* v. 39. cecinit: *Ut flos in septis secretus nascitur vortis, Sic virgo dum intacta manet, tum chara suis; sed* Cum castum amisti, polluto corpore, florem, Nec pueris incunda manet, nec chara puellis. Nusquam & nunquam lex, quae matres lustrabat, virgines purificandas agnoscebat; quippe cum essent inter feminas pulchrae, non indigebat legis purificatione: alias in eandem eiet lex & non esset. Esset, quia mater purificanda: non esset, quia virgo pura: indiciturque Virgini, quod pulcherrima pareat purificationi; quippe omnino pulcherrimum (ubi praescriptum legis, & non praescriptum) matrem ad legem accedere, & legem tanquam matrem non cognoscere. Cognovit lex, & non cognovit. Cognovit ut matrem, ignoravit ut virginem; sed penitus ignoravit virginem-matrem: igitur si virgo pulchra, pulchraque mater, tersa conditionis macula; perperam per legem mandaretur lustrationis, quae virgo & mater praestabat pulcherrima inter mulieres.

12 Enucleatur viscera textus. Feminae commendabiles vel propter genitricis maiestatem, vel propter spectabilem virginitatis honorem. Pulchra virgo, mater etiam pulchra facta. Haec naturae dotes, ceterum gratiae praestabiles: quandoquidem Deipara pulcherrima inter mulieres, florens simul matrem virginitate, ac virginali candore. Hinc causa commendationis Sponsi; dum, quia vult, subditur legi. Si Maria ignorat se pulchram, egrediatur cum ceteris habentibus matris maculam: siquidem quae ante lustrationem inter feminas pulchra, in lustratione micabit inter mulieres pulcherrima; quia matres ostendunt ex ipsa purificationis corruptionem, & Virgo maternitatis ostendit integritatem. Non ex illarum consortio, deformabitur Virgo; imo forebit, siquidem virgo cum facti: & perperam devenitabitur forma; si inter feminas matres, mater quae virgo pulcherrima: diciturque pulcherrima inter mulieres, quae signatur immunde lege purificationis; quippequam dum videbatur deformari per legem, per ipsam legem videbat sublimiorem pulchritudinem. Ex lege, umbrae corruptionis formam, non solum intenditur pulchritudo,

Virgo purificata, inter mulieres pulcherrima.

Catull.

Quo pacto quam lex feminis cognovit, penitus ignoravit?

Insigne Deiparae Virgo-Mater.

Unde forasit speciositate amplior?

sed summa. Pulchra apparet, quae subiectio-nem ex libatione virginitatis cognoscit. Pulcherrima habetur, quae subijcitur legi, & quia virgo ignorat, quare subijcitur: unde si se ignorat, dicitur Virgini-Matri, inter mulieres pulcherrimam esse; quippe nihil pulchrius, nec perfectius, quam talem se legi mundandam offerre, qualem sese nescivit indigere lustratione.

13 Comprobatur haec ex lustratione amoris Virginis demonstratio, filij speculi matris spectabili baptismo. *Vidit Ioannes Iesum venientem ad se:* nimirum, ut baptizaretur, sicut alij, qui veniebant. — *Properis per silvam passibus ipsum Cernit Iordanis veneranda lavacro pitentem.* Canit Iuvenius lib. 1. *Evang. histor.* vers. 376. & intento Didascalie aptius Sedulius, lib. 2. *Carm.* vers. 144. — *Placidam Iordanis ad undam Venit, ut acciperet hoc quod dare venerat ipse.*

Ad hoc Christus venit, Ioannes vidit; verum addit: *Ego nesciebam eum, sed ut manifestetur.* Quomodo Iesum nescivit, si statim venientem ad se cognovit? Quomodo manifestandus, si ignoravit? Peccatum Christus non noverat: in remissionem peccatorum Ioannes baptisma instituerat. Nulla erat macula, quam aquis Praecursor abstergeret: & nescivit quem cognovit; quia quem cognoverat sine macula pectus, nesciebat sciens, quomodo purificandus. Purificatio inquinamen denotabat: Christus nec umbram habere poterat: & nescit, quem vidit ad baptisma venientem; & sese nescit, Redemptorem baptizantem: siquidem nesciebat purificationis formam, in quem nec viderat umbram. In huiusmodi Praecursoris nescientia, designabatur Agni immaculati singularissima gratia. Nihil singulare Ioannes in Christo videret, modo, ut peccatores accedebant, accessisset: & quem venientem ad baptismum aspexit, profecto nescit; quia nec maculam cognovit, praesente Redemptoris venustate, ex voluntaria Ioannis purificatione: igitur contulit quasi in macula lustramen, quem nescivit peccatorem. *Ioannis*, meditante dixi. Non alterius, quippe arbitraretur a crimine vulnus, cum accederet in purificationem propter nihil charitatem. Alius agnosceret necessitatem ob umbram; Ioannes minime cognoscebat indigentiam: & Ioannes lavit, quem pollutum nescivit; ut magis clarescit puritas, & Redemptoris immaculati speciositas: etenim nihil in venustatem perfectius, neque ad perfectionem pulchrius, quam

Ioan. 1. 29.

Iuvenec.

Sedul.

Vers. 37.

Magnum in humilitate purificationis formam, nec ulla macula.

quam quod ille qui peccator non erat, sed omnium gratiarum nitor, lultraretur in aqua quasi peccator.

14 Iccirò dixit purificandus renuenti: *Sine modò: sic enim decet nos implere omnem iustitiam Arabic. Perficere omnem rectitudinem.* Tu per obedientiam legem: ego per humilitatem: igitur si perfectio obtinetur, dum lex perficitur: maior utique, ubi legis immunis, pro perfectione legis, purus, immaculatus, amoris vehementia ductus, subditur purificationis legi, quin per legem indigeat ullà purificatione. Perfectio quarendà, & ex iustitia. Abelit iustitia longè in baptisinate Christi, quandoquidem nec urgetur crimine, nec premitur lege: ceterum incit humilitatis perfectio, & amoris magnitudo: siquidem nulla maior, ubi lex nulla, vel minor: quam qui nullam habet maculam, purificationem appellare iustitiam. Non tantum dicit *iustitiam*, sed *omnem*: id est, summam iustitiam, iuxta Scripturæ stylum: *omne bonum*; videlicet, bonum summum: vocatque Christus summam iustitiam, ultrò procedere in baptisimatis aquam; quoniam si perfectio legis, baptizari propter crimen: summa, purificari præter legem. Nescientia Joannis, iustitiæ summæ impletæ erat notissimus index. Cognoscebat peccatores ob crimina, purificandos baptisimo. Vidit Christum accedentem baptisimo sine peccato, & omninò nescivit, dum Christus ultrò purificandus se obtulit, ut summæ summam perfectionem impleret; quia si per puritatem cognoscendus, qui innocens agnus; dum Christus similis alijs, non similis, necessarium erat, nesciri inter peccatores.

Matth. 3. 15

Exod. 33. 22.

Ubi supr.

Perfectionis dissimulatio, humilitatis perfectio.

quia si in criminoso lustrationis necessitas, in Redemptore fulgurabat humilitas: maior utique in voluntaria prorsus purificatione, & lustratione baptismi humilitatis auctoritas; ut quod solummodò humilitas, cunctis nescientibus videretur necessitas. Magnificaretur, si Redemptor agnitus in lavacrum descendisset: & qui baptizari nescit, antequam manifestaret; ut in ignorantia Christo exhiberet obsequium, dum ultra necessitatem ultrò suscepit baptismum: siquidem Christus nolebat laudem ex humilitate, sed humilitatem duntaxat ex lustratione.

16 *Ut manifestetur.* Quid valeat amoris lex, dum videtur peccator, qui venit sine crimine Redemptori: quandoquidem descendens in lustrationem, propter charitatis legem; dissimilis peccatoribus à Ioanne manifestatur, dum similis peccatoribus per lustrationem videtur. Nihil de opinione cogitat, quem amor vulnerat: quin possit famam amittere illustrem, qui immunis perficit legem: etenim si mundus superbus despicit, cœlum & apertum laudit, ut astruat pulchritudinem amplioiorem, ubi mundus arbitratur amittere pulchritudinem: igitur Christus veniens in baptismum, factus, & cœlo & mundo spectaculum, speciosus forma exivit præ filijs hominum. Perpende *Ubi supr.* *Vidit Iesum venientem*, dum alij tracti per crimen. In his necessitas, in Christo voluntas, aucta pulchritudine, ex deformitatis indice: equidem non commendavit, ubi in lavacrum descendit, quod lex necessario traheret, sed quod ipse ultrò veniret; ut quem purum duxit, pulchrumque perduxit amor, post vestigia peccatorum manifestaretur pulchrior. Deducet hominem peccatoris forma, verum decet humilitatem apparentiam; ut fiat equalis in satisfactionis speciem, qui omninò dissimilis per internam puritatem, quin exterior fordescat deformitas; quem interior deaurat pura venustas: siquidem Christus accedens in lustramentum speciosus, manifestatur per lustrationem pulcherrimus.

17 Pater iam, unde Virgini-Matri speciosa pulchritudo, & eximia ex specie imperfectionis perfectio: equidem nacta pulchritudinis encomium, abiens post vestigia gregum; ut quæ omninò dissimilis, quia similis, pulcherrima inter mulieres. Alias feminas pro impuritate in puritatem lex vocat: humilitas summa Virginem inat, ut veniat; purificata ex lege, non indiga legis purificatione, & deformata conformitas, ut non appareret humilitas, sed necessitas: & summa, ex promptissima Virginis obedientia;

Maiores ubi videtur necessitas: quæ pua à vniuersalitat.

Floret pulchritudine ex ipsa deformatione.

Christus speciosus ex lustratione pulcherrimus.

Virgo purissima legi respondit non vocata.

tia: quandoquidem ultrò venit in lustrationem, quin ultrò expectaret legem. Si se novit, sanè pulchra. Si se non novit pulcherrima: pulchra, si se novit matrem: pulcherrima, si se matrem, ad legem ignorat Virginem; quippe tunc ut pulchrior manifestatur, dum mater-uirgo necitur. Pro maculatis ex puerperæ matribus, tulit Moyse legis formam. Sese Virgo nesciebat, quia nullam habebat maculam: & sese subdit legi in purificationem: quanvis se novit, impuritatem nescientem: equidem si summa ex humilitate pulchritudo, celestium gratiarum studiosa depresso; mater pulcherrima nitet mulierum, si filius speciosus præ filijs hominum.

Ideo inter feminas pulcherrima.

Cant. 6. 9.

Petr. Cluniac.

Psalm. 111. 4.

2. Cor. 4. 6. Iob. 3. 9. & 38. 12.

Iob. 24. 17.

Ibid. 25. 5.

Isai. 60. 20.

Eccli. 43. 7.

Apoc. 6. 12.

Psalm. 35. 10. & 138. 11.

et: in frustra tenebræ: hæret originis: in cœlo manet, & suo se lumine condit: obstantia solvit, & sibi sufficit: quandoquidem ut rutiler amoris, obedientiæ, ac humilitatis speciositas, studiosè crescentes duplicat umbras. *Misit lex tenebras*, verum minime obscuravit. In reliquis feminis posuit tenebras, & facta est nox; in Virgine posuit tenebras, & facta est lux: etenim progressa & egressa à templo pulchra quasi Aurora, pulchrior ut Luna, electa ut Sol, inter mulieres pulcherrima. Ita

Pulchrior obscuris Aurora intermicat umbris.
Desuper in nubes rutilantis lampade Luna, Forsitan & rosta Sol altè lampade luens.

Ibid. 104. 28. Ibid. 103. 20.

Picinnell. Ruff. Felt. Gell.

DIDASCALIA VI.

In munere Christi circuncisionis, fax accensa charitatis.

Subditur Virgo Aurora lucis purificationi. Etiam Sol factus sub lege. Magna enim iudicia tua Domine & inenarrabilia verba tua! igitur non tantum legem intruis in rebellem; sed portare legem fecisti Auroram & Solem. Circunciditur puer, ut consummatis dies octo à nativitate.

Religio veneranda pijs, & fœderis iſtè Lex patribus sancta, atque inviolabile pactum.

Quod renuit temerare puer.
Uti canit Soufa lib. 6. de *Christi. nativitate*. Ita pactum cum Abrahamo, sed pro tempore: ut gens electa inter gentes nosceretur à cunctis circuncisione: & modò puer Deus suscipit legem ab ipso cui dedit? Infit idem.

Fundit & illustrem chara pro gente cruorem.
Hebraeo de more, tener, qui iura daturus Venerat in terras, & non dissolvere legem. Ad illustrandam sacram huiusmodi historiam, operæpretium, præmittere fabulam. Fictum est, Atlantem sustinuisse cœlum: unde Virgilius 4. *Æneid.* ver. 481.

Maximus Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Et Æschylus in *Promet. Ili pondera*

Solem ad cadentem sustinet prægrandia, Cœli columna.

Traditum huiusmodi onus Herculi, ut quiesce-

Christus quare sub lege?

Soufa

Idem

Atlas cœli portans.

Virgili

Æschylus